







1. De Paulo, gentium apostolo. 10.
2. De poena haereticorum
3. De Juda sacrae Coenae conviva.
4. Examen sententiae veterum Christianorum de militis.
5. De infallibilitate pontificum.
6. Examen variorum opinionum de regno posterorum Abrahami in Aegypto.
7. De ultima coena Christi Sacerdoti.
8. Historia trijagii.
9. Examen miraculi legionis fulminatrix
10. Exercitia demonstrandi in nonnullis syllogismi affectionibus
11. De cognitione spiritus finiti circa mysteria
12. Theoria electricitatis
13. De triplici rerum cognitione. historica, philosophica et mathematica
14. De nonnullis ad poema pertinentibus
15. De axiomatis philosophicis articulos generales.
16. In Benedicti Spinozae methodum explicandi scripturas sacras.
17. De praecipuis quibusdam dicendi regulis ex comparatione canonicis
et aximi cretus
18. De Michael archangelo non creatus sed creator Jeshu Christi
19. Michael archangelus non creatus sed creator Jeshu Christi
20. Demonstrationes de prophetarum ordine Canonico.
21. De prevaricatione Christi pro arenando calice. Matth. 26. 39.
22. De Christo a Judaeis conspiciente.
23. Vindictae textus Graeci Novi Testamenti

9

EXAMEN
MIRACVLI LEGIONIS FVLMI-
NATRICIS

CONTRA
THOMAM WOOLSTONVM.

DISSERTATIO I.

QVAM
PRAESIDE
SIGISM. IACOBO BAUMGARTEN

THEOL. D. ET PROFESS. ORDIN.

D. OCTOBR. MDCCXXX.

H. L. Q. C.

DEFENDET

MICHAEL NESTIVS

RVGIANVS.

HALAE MAGDEBVRGICAE

SVMTIBVS IO. ANDR. BAVERI, MDCCXXX.

EXAMEN
MIRACVLLI REGIONIS FALM-
NATRIGIS

CONSTIT
THOMAM WOLFFSONVM

DRESDEN
SIGISM. JACOB. BAVMCGARTEN
THEOL. D. ET KÖNIGL. BUCHH.
D. PUBLICORUM LIBRARI.

1712
M. J. B. M. S. S. S. S.
H. G. I. A. S. S.

H. J. B. M. S. S. S. S.
SYMPTOTA. G. H. B. A. C. H. S. S. S. S.





PROOEMIUM.

Legenti mihi his diebus historiam THOM. WOOLSTONI, quo infensiolem impudentioremque hostem ciuitas sanctior recens habuit omnino neminem, a clariss. HENR. CHRISTI. LEMKERO studiosissime scriptam, quum in honorificam (a) mentionem libri (b) incidere, quo miraculum legionis fulminatricis contra WALTER. MOYLIUM (c) defensum iuit,

(a) HENR. CHRIST. LEMKERI *historische Nachricht von THOMAS WOOLSTONS Sebickfal etc. Cap. II. Sect. II. §. XVII. pag. XXXXVIII &c.*

(b) Prodit liber an. MDCCXXVI sic inscriptus *a Defence of the miracle of the thundering Legion against a dissertation of WALTER MOYLE, Esq. by THOMAS WOOLSTON, sometime Fellow of Sidney College in Cambridge* paginarum CXII in forma octaua, quae expressa nominis mentio, dedicationi etiam subiecta, praeter commemorationem reliquorum librorum ab ipso ante illud tempus editorum, rerumque suarum in dedicatione p. II. III et libri p. CXI &c. obuiam, satis indubium reddit auctorem: de quo ambigere nemo cum ratione poterit, si vel omnino careremus catalogo scriptorum suorum praegressorum, quem ipse WOOLSTONVS sermonibus *de miraculis Christi* eorumque defensionibus ad quem clariss. LEMKERVS prouocat l. c. p. XXX not. r.

(c) Doctissimum WALT. MOYLI scriptum, quod mutuis eiusdem et PET. KINGH litteris absoluitur, secundum locum occupat tomi alterius operum posthumorum a THOM. SERGEANTO editorum an. MDCCXXVI in forma octaua *the Works of Walter Moyle Esquire, none of which were ever before published*, atque inscribitur *the miracle of the thundering Legion examined in several letters between Mr. Moyle and Mr. K. elegantissimam illius versionem latinam* praefatione historica et obseruatione.

A

ruit, cogitatio animum subiit fieri vix potuisse vt homo perniciosissimus et interitum rei christianae iam diu satis meditat-
 us adeo incogitanter et stulte sibi que minus constans, qualis
 ea in re visus est nonnullis, hanc causam suscepit, aut il-
 lam laudem eius bene et non infeliciter actae meritis fuerit,
 suspicandum potius esse pessima illum mente animatum huic
 miraculo vindicando operam suam addixisse, rei que christianae
 non solum minus profuisse, verum etiam insidias magis struere,
 quam ipsi de incolumitate prospicere voluisse. Quare cura-
 tus, quam factum fuerat ante, librum examinaui facileque
 haec tria animaduerti; *primum* non sine eruditione et antiqui-
 tatum christianarum apparatu hominem neque ab ingenio ne-
 que a litteris et doctrina destitutum has vindicias molitum esse,
 atque haud mediocre studium posuisse in nonnullis veterri-
 mae historiae christianae momenti discutiendis, constituendo
 in primis tempore calamitatis *lugdunensis* et *viennensis* ab
 EVSEBIO (d) commemoratae, eaque industria merito aliquam
 apud lectores harum rerum gnaros gratiam inire; *praeterea*
 iis armis eoque successu pugnasse eundem vt nondum debel-
 lauerit, aut aduersarios, licet vno alteroue loco argumentor-
 que infirmiori depulsos, ad victoriam ipsi et socio WIL. WHI-
 STONO (e) concedendam causamque deferendam adegisse
 existimari possit: neque *tandem* a se ipso feralique odio in sa-
 cra christiana descivisse irrisorem simulato hoc illorum patro-
 cinio,

seruationibus vtilissimis locupletatam s. reuer. IO. LAVR. MOSHEMIVS
syntagmati dissertationum ad sanctiores disciplinas pertinentium, quod
 an. MDCCXXXIII prodit, insigni lectorum historiae sanctioris studiofo-
 rum commodo aditici curauit.

(d) in *hystor. eccles. lib. V. c. 1-III.* et in *chronico* tam *lib. I.* sub M. AVRE-
 LIO s. pag. LXXXII part. I. *thesauri temporum* ab IOS. IVST. SCALIGERO
 editi, quam *lib. II. f. canon. chron. p. CCXIII* loc. cit. neque minus
 part. II. p. XXXV et CLXVIII.

(e) eodem is anno, breuique ante. WOOLSTONI impetum, MOYLIVM oppu-
 gnauit libello in *actis eruditorum Lipsiens. lat. an. MDCCXXVII pag.*
 CCLVIII recensito. cuius opera noster subinde vsus est, eique ob
 communis causae societatem suam MOYLII oppugnationem inscripsit.

cinio, sed animum hostilem abunde prodidisse, atque lectoribus fucum facere et religionem subuere luculenter fatigisse. Effecerunt haec ut et causam ipsam nondum, arbitror, peroratam, et descriptionem hanc WOOLSTONI non indignam iudicauerim, in qua penitus peruestiganda discutiendaque aliquam operam collocarem illis non ingrati futuram, qui intelligunt, quanti referat rei christianae, ut in eius causa agenda vera a falsis certa ab incertis distinguantur, atque clandestinis hostium machinationibus mature eatur obuiam. Partiar hunc laborem in tres sectiones, *prima* post vetustiorum scriptorum loca, quae ipsam rem gestam enarrant, fideliter proposita, utriusque partis et propugnantium hoc miraculum et idem conuellentium rationes explicaturus, iisque rite subductis meam dicturus sententiam; quod officinae WOOLSTONIANAE a lectoribus causae ignaris, nec perspicui satis, nec diiudicari possunt, atque in quibusdam argumentis obseruasse nonnulla mihi visus sum ab aliis praeterita: *altera* ipsum WOOLSTONI impetum infracturus, illumque per excursions et circuitus in antiquitates christianas preesse infecuturus: et *tertia* denique pessimam mentem nefarii hominis omnisque in populum Christi coniurationis deterrimae, a cuius partibus stetit, fraudes, malam fidem, latibula et insidias potiores expositurus, atque de remediis huic malo adhibendis lectores moniturus. Fore arbitror ut hac ratione non solum nobilis haec particula historiae christianae, verum etiam aliae plures connexae, vnde alterutra pars litigans praesidia conquirat, in clariore luce ponantur, reique christianae ab oppugnationibus occultis per cuniculos aequae ac aperto Marte factis sollicitae caueatur.

EXAMEN IPSIVS MIRACVLI COMPLEXA.

§. I.

Ordo testi-
um audien-
dorum.

Quum de rebus olim gestis certi quidquam apud neminem constare potest, quod testimoniis vel eiusdem vel proxime subsecutorum temporum non efficiatur, ab illorum censu instituendo examen miraculi, quod illustrabimus, merito ordiendum esse arbitramur, quibus demum auditis explorati quid pronuntiari poterit. Excitabimus igitur testes primum ex populo Christi, quorum in hac causa fides plerumque potior habetur, unde simul ipsa historia controuersa satis intelligetur, vt peculiari enarratione illius opus esse non videatur. Hos excipient scriptorum a sacris christianis alienorum testimonia, quae magnum certe momentum faciunt. Agmen claudent quaedam monumenta antiquitatis huc referri solita, multis historicorum narrationibus fide digniora, si indubia sunt.

§. II.

Tertulliani
loca.

Inter christianos testes, si ab APOLLINARI discesseris, apud EVSEBIVM duntaxat obuius, omnium antiquissimus est Q. SEPT. FLOR. TERTVLLIANVS, qui huius miraculi bis mentionem facit, primam in *apologetico* (f), vbi quum in eo est, vt christianos a nequissimis principibus omnibusque exosis vexatos ab optimis contra laudabilibusque melius habitos esse efficeret, ita declamat (g): *Ceterum de tot exinde principibus ad hodiernum diuinum humanumque sapientibus edite aliquem debellatorem christianorum. At nos e contrario edimus protectorem; si litterae M. Aurelii grauissimi imperatoris requiran-*

(f) Cuius conscripti tempus satis controuersum in annum a Christo nato CLXXXXVIII incidere celeberr. IO. LAVR. MOSHEMIVS eruditissime demonstrat in *comment. de aetate apologetici Tertulliani*.

(g) *apologetici cap. V in oper. TERTVLL. editionis NIC. RIGALTI an. CICIO CXXXI. p. VI.*

LEGIONIS FVLMINATRICIS. V

quirantur, quibus illam germanicam sitim christianorum forte militum precationibus impetrato imbri discussam contestatur. Sicut non palam ab eiusmodi hominibus poenam dimouit, ira alio modo palam disperfit, adiecta etiam accusatoribus damnatione et quidem tetriorre. Alteram illius rei mentionem inicit libello ad SCAPVLAM (h): Marcus quoque Aurelius in germanica expeditione christianorum militum orationibus ad Deum factis, imbres in illa siti impetrauit.

§. III.

Hunc proxime sequitur (i) EVSEBIVS PAMPHILI apud quem vnus Eusebii geminam illius mentionem inuenimus. Vnam in *historia eccles. lib. locus.*

V. cap. V, vbi post inscriptionem, ὡς Μάρκου Αὐγέλιου Καίσαρι ταῖς τῶν ἡμετέρων ἐυχαῖς ἐυχράνοθεν ἡ θεὸς ἐπακούσας ἕτισεν historia sic narratur: τούτου δὴ ἀδελφὸν Μάρκον Αὐγέλιον καίσαρα, λόγος ἔχει Γερμανοῦς καὶ Σαρματίας ἀντίπαρθεῖσιν ἰσχυρῶς μάχη, δάφει πιεζομένους αὐτοῦ τῆς στρατίας, ἐν ἀμνηχανία γενέσθαι τοὺς δὲ ἐπὶ τῆς

A 3

(h) cap. III, loc. cit. (g) pag. LXXXVII.

(i) CAECIL. CYPRIANVM ex testium numero reiiciendum esse existimamus, cuius haec verba in libro *ad Demetrianum*, operum editione *baluziana* p. CCXXXIII obtuia; et tamen pro arcendis hostibus et imbribus impetrandis, et vel conserendis vel temperandis aduersis, rogamus semper et preces fundimus, et pro pace ac salute vestra propitiantes et placantes Deum diebus ac noctibus iugiter atque instanter oramus: a WOOLSTONO p. XXXI allegantur quidem tanquam ex FELLI aliorumque sententia ad hoc miraculum alludentia, minus tamen sufficere ad euidentis huic rei testimonium perhibendum ipse fatetur et missa facit. Quod ipsa etiam verba consequentia indubium reddunt, quae satis efficiunt CYPRIANVM de perpetua vtilitate ex continuis christianorum supplicationibus oriunda loqui: et TERTVLLIANVS comprobatur, qui post verba §. 11 producta ex libr. *ad Stapulam* (f) sic pergit: *quando non geniculacionibus et ieiunacionibus nostris etiam siccitates sunt depulsae?* Atque si vel liberalissime daretur, respexisse CYPRIANVM ad hoc miraculum, quod etiam in annotationibus ad edit. *Eusebii readingianam* WILH. LOWTHII affirmari deprehendo p. CCXV, peculiaris tamen et nouus testis haberi non posset, sed TERTVLLIANVM magistrum hac quoque in re secutus eoque respexisse tantum reputandus foret.

τῆς Μελιτινῆς οὕτω καλουμένης λεγεῶνος στρατιώτας διὰ πίσεως ἐξ ἐκεῖνου καὶ εἰς δεῦρο συνεσώσης, ἐν τῇ πρὸς τοὺς πολεμίους παρατάξει γόνυ θέντας ἐπὶ τὴν γῆν κατὰ τὸ εἰκεῖον ἡμῶν τῶν εὐχῶν ἔστος, ἐπὶ τὰς πρὸς τὸν θεὸν ἱκεσίας τραπέδαι. παραδόξου δὲ τοῖς πολεμοῖς τοῦ τοιοῦτου διὰ θεϊκῆς φανέντος, ἀλλό τι λόγος ἔχει παραδόξοτερον ἐπικαταλαβεῖν αὐτίκα. σιγητὸν μὲν εἰς φυγὴν καὶ ἀπόλειαν συνελάνοντα τοὺς πολεμούς, ἄμβρον δὲ ἐπὶ τὴν τῶν τὸ θεῖον παρακεκληκῶτων στρατιῶν, πᾶσαν αὐτὴν ἐν τῷ δόλῳ μέλλουσαν ὅσον οὕτω διαφθαρήτεσθαι ἀναλῶμενον. ἡ δὲ ἰστορία φέρεται μὲν καὶ παρὰ τοῖς πόρρω τοῦ κατ' ἡμᾶς λόγου συγγραφέντων, οἷς μέλον γέγονε τῆς κατὰ τοὺς δηλουμένους γραφῆς. δεδήλωται δὲ καὶ πρὸς τῶν ἡμετέρων, ἀλλὰ τοῖς μὲν ἔωθεν ἰσομοῖς ἀτε τῆς πίσεως ἀνοικτοῖς, ἰδέσθαι μὲν τὸ παράδοξον. οὐ μὴν καὶ τοῖς τῶν ἡμετέρων εὐχαῖς τούτο ὁμολογήθη γεγονέναι. τοῖς δὲ γε ἡμετέροις ἀτε ἀληθείας φίλοις, ἀπλῶ καὶ ἀκακοῦθι τρώων τὸ πραχθέν παραδέδοται. τούτων δ' ἂν εἴη καὶ Ἀπολιναρίος. ἐξ ἐκεῖνου φήσας τῆς δι' εὐχῆς τὸ παράδοξον πεποιηκῆσαν λεγεῶνα, οἰκείαν τῷ γεγονότι πρὸς τοῦ βασιλέως εἰληφέναι προσηγορίαν, κεραυνοβόλον τῇ Ῥωμαίων ἐπικληθεῖσαν Φωνῆ. μάρτυς δὲ τούτων γένοιτ' ἂν ἀξιοχρεῶς, ὁ Τερτυλλιανὸς τῇ Ῥωμαϊκῇ συγκλήτῳ προσφωνήσας ὑπὲρ τῆς πίσεως ἀπολογίαν, ἧς καὶ πρόσθεν ἐμνημονεύσαμεν. τὴν τε ἰστορίαν βεβαίων σὺν ἀποδείξει μείζονι καὶ ἐναργετέρα. γράφει δὲ καὶ αὐτὸς, λέγων, Μάρκου τοῦ συνέστατου βασιλέως ἐπιστάλας εἰσέτι νῦν φέρεσθαι, ἐν αἷς αὐτὸς μαρτυρεῖ ἐν Γερμανίᾳ ὕδατος ἀπορία μέλλουσα αὐτοῦ τὸν στρατὸν διαφθερεσθαι, τοῖς τῶν χριστιανῶν εὐχαῖς σεσῶσθαι. τούτων δὲ φησι καὶ θάνατον ἀπειλήσαι τοῖς κατηγορεῖν ἡμῶν ἐπιχειροῦσιν. οἷς ὁ δηλωθεὶς ἀνῆρ, καὶ ταῦτα προσεπιλέγει, ποταποὶ οἶν αἱ νόμοι οὗτοι, αἱ κατ' ἡμῶν μόνων ἔπονται ἀσθεβεῖς, ἀδικοὶ, ὠμοὶ οὓς οὔτε Οὐεσπατιανὸς ἐφύλαξο, καίτοι γε Ἰουδαίους νικήσας. οὓς Τραιανὸς ἐν μέρους ἐξουθένησε κωλύων ἐπιζητεῖσθαι χριστιανούς. οὓς οὔτε Ἀδριανὸς, καίτοι γε πάντα τὰ περιεργα πολυπραγμονῶν, οὔτε ὁ Εὐσεβὴς ἐπικληθεὶς ἐπικύρωσεν, ἀλλὰ ταῦτα μὲν ὅπη τις ἐδέλη τιδέσθω. μέλωμεν δὲ ἡμεῖς ἐπὶ τῶν ἐξῆς ἀκολουθίαν (κ).

§. III.

(κ) Latine haec sic reddidit HENR. VALESIVS, quomodo M. Aurelio Caesari Deus nostrorum precibus exauditis pluuiam praestitit. Huius

§. III.

Alterum EVSEBII testimonium ex duobus *chronici* locis de eiusdem Io-
sumitur. Prior *libro priori chronicorum* EX *HIERONYMI* versione *cus* alter.
haec

Flavius porro fratrem M. Aurelium Caesarem, cum adversus Germanos et Sarmatas pugnaturus aciem instrueret, et exercitus ipsius siti premeretur, pene ad inopiam consilii redactum esse memorant. Tum vero milites legionis Melitinae, quae fidei merito etiam nunc manet, dum acies adversus hostes ordinatur, flexis in terram genibus, ut nostris orantibus mos est, preces ad Deum fudisse perhibentur. Cuius spectaculi novitate hostibus stupefactis, aliud quiddam longe maiori dignum admiratione accidisse narant: hinc quidem fulminum iactus, quibus hostium copiae in fugam versae atque extinctae sunt: illinc vero inbrium vinum, quibus exercitus eorum qui Deum precati fuerant, iamiam siti periturus praeter spem recreatus est. Atque ea res tum a scriptoribus a fide nostra penitus alienis, quibus curae fuit res eo tempore gestas memoriae mandare, tum a nostris etiam hominibus referretur. Sed gentilium scriptores, utpote a religione nostra diffidentes, hoc quidem miraculum commemorant; non tamen id nostrorum precibus factum esse confessi sunt. Nostris vero, utpote veritatis cultores, simpliciter atque ingenue rem ipsam litteris tradiderunt. Ex his est Apollinaris: qui legionem ipsam cuius precibus id miraculum perpetratum est, exinde congruo rei vocabulo fulmineam ab imperatore cognominatam esse scribit. Sed et Tertullianus eiusdem rei idoneus testis est in apologetico, quem pro fidei nostrae defensione ad Senatum urbis Romae latino sermone conscripsit, cuius etiam supra mentionem fecimus; ubi hanc historiam validiore atque evidentiore argumento confirmat. Scribit enim Marci grauisissimi Imperatoris litteras adhuc sua aetate existisse, quibus testabatur exercitum Romanum in Germania cum aquae penuria iamiam periturus esset, christianorum precibus esse servatum. Eundem quoque principum captivis poenam comminatum esse dicit accusatoribus christianorum, quibus ista subiungit. Qualis ergo leges istae, quas adversus nos soli exercent impii, inuisi, truces, vani, dementes? quas Traianus ex parte frustratus est, vetando inquiri christianos: quas nullus Hadrianus, quamquam curiositatum omnium explorator: nullus Vespasianus, quamquam Inducorum debellator: nullus Pius, nullus Verus impresit. Sed de his quisque pro arbitrato suo statuat: nos vero ad bisloriae ordinem redeamus.

haec habet (l): *Imperator autem Antoninus multis aduersum se nascentibus bellis ipsis intererat, saepe duces nobilissimos destinabat, in quibus semel Pertinaci et exercitui, qui cum eo in Quadorum regione pugnabat, siti oppresso, pluuia diuinitus missa est: quum e contrario Germanos et Sarmatas fulmina persequerentur et plurimos eorum interficerent. Exstant litterae M. Aurelii grauissimi Imperatoris, quibus illam germanicam sitim christianorum forte militum preceationibus impetrato imbri discussam contestatur. Posterior iisdem verbis repetitis occurrit lib. II, seu in canone chronico (m).*

§. V.

(l) Exstat in *ios. IUSTI SCALIGERI thes. temp. part. II. p. XXXV. Graecae in compilatione SCALIGERI sic leguntur l.c. part. I. pag. LXXXII. ταῖς χριστιανῶν εὐχαῖς ἡ Ῥωμαίων στρατὸς δάψη διαφθερεσθαι μέλλων ἐν Κουαδοῖς περισσάζεται, θεοῦ ὕσαντος, καὶ τοὺς πολεμίους Γερμανίους καὶ Σαρματίας σιγηπτοῦ διαφθεύραντος, ὡς καὶ αὐτὸς Ἀντωνίνος ἐπιστέλλων μαρτυρεῖ. Περτίνιαξ ἠγήετο τοῦ στρατοῦ.*

(m) in *thes. Scaligeriano part. II. pag. CCXV* ab altero loco (l) multum differunt, et ad latina Hieronymi verba magis accedunt: Ἀντωνίνος αυτοκράτωρ πικρῶς τοῖς πολεμίους ἐπέκειτο αὐτὸς τε παρῶν, καὶ τοὺς πολεμάρχους ἀποσέλλων, καὶ Περτίνιαξ, καὶ τοῖς σὺν αὐτῷ ἐν κουαδοῖς δάψη πιεζομένοις ἄμβρος ἐκ τοῦ Θεοῦ ἐγένετο. Καὶ τοῖς ἀντιτασσομένοις, καὶ Σαρματίας σιγηπτοῦ ἐπέπεσε, πολλοὺς τε αὐτῶν διέφθειρεν. λέγεται δὲ καὶ ὡς ἐπιστολαὶ φέρονται Μάρκου τοῦ βασιλέως, ἐν αἷς μαρτυρεῖ μέλλοντα τὸν στρατὸν αὐτοῦ διαφθερεσθαι ταῖς τῶν χριστιανῶν εὐχαῖς διαπεσῶναι. Quem nonnulli his EVSEBII testimonii adnumerant locum ex *histor. eccles. lib. V cap. XXI*, quod a WHISTONO factum est, quantum illi inter haec testimonia locum tribuente, ex hoc censu expungimus merito: quum historia APOLLONII martyris ibi enarrata ad examen quidem et demonstrationem edicti pertinet, quod M. AVRELIO tribui solet de poenis a christianorum accusatoribus sumendis, atque pro iisdem illis litteris ad senatum datis post victoriam a Quadis diuinitus reportatam

§. V.

Succedat nunc GREGORIVS NYSSENVS ex saeculo III, qui Gregorius rem sic enarrat (u): ἦν τι τάγμα στρατιωτικὸν παλαιὸν κατὰ τὴν Nyssenus.

γείτονα πόλιν παντὸς τοῦ ἔθνους πρὸς τὰς τῶν βασιβάρων ὁρμαῖς προκαθήμενον. ἐκείνοις ἐκ ἴσως προὔπαρχούσης θεοθεν ἐπιφανείας, πλείον ἢ πίστις τῶν Ἰακινθῶν ἐσπουδάζετο. καὶ ἴσως οὐκ ἀκαιρον ἐν τι κατ' ἄρθευμα τῆς πίστεως τῶν ἀνδρῶν ἐκείνων ἐν παραδρομῇ διηγησάσθαι. Συσάνθως γὰρ αὐτοῖς ποτε τοῦ πρὸς τοὺς βασιβάρους πολέμου, καὶ τῶν ἐπικαίων πάντων προκαταληφθέντων ὑπὸ τῆς τῶν ἐνανθίων στρατίας, καὶ τῶν ὑδάτων ἐν τῇ τῶν ἐχθρῶν ἐξουσία γεγενημένων, εἰς ἔσχατον ἐλθόντες κίνδυνον, εἶπε δι' ἀπειρίας τῶν τὰ ἡμέτερα στρατηγούτων εἶτε διὰ τινα κρείττονα καὶ θεοτέρην οἰκονομίαν, ὡς ἀν' ἡμῶν καὶ διὰ τοῦτου Φανείης τῶν χριστιανῶν τὸ πρὸς τοὺς ἀλλοφύλους διάφορον. ἐπειδὴν οὐκ εἶχον ὅ, τι χηρήσανται τοῖς παροῦσι, καὶ πολλή τις ἦν ἡ ἀμνηχανία, οὐδεμιᾶς αὐτοῖς πίδακος ἡ ἀπορροίας ὑδάτων ἐμφαινόμενης τῷ πόπῳ, καὶ κίνδυνος ἦν ὑποκύβαι τοῖς ἐναντίοις ἐκπολιορηθέντας τῷ δόλει. τότε καταλιπόντες οἱ γενναῖοι τὴν ἐκ τῶν ὅπλων βοήθειαν, ἔφρωσαν τὴν ἀμαχον καὶ ἀκαταγώνισον ἐν τοῖς φοβεροῖς ἐπικαλέσασθαι συμμαχίαν. ἀφέντες γὰρ ἐπὶ τοῦ στρατοπέδου τοὺς μήπω παραδεγεμένους τὴν πίσιν, καὶ ἐφ' ἑαυτῶν ἰδιάσαντες, μιμοῦνται τὴν ἐπὶ Ἡλίου τοῦ προφήτου γνωμένην θαυματουργίαν, κωνὴ τῇ Φωνῇ καὶ συντεταγμένη λύσιν αὐτοῖς ἐξ ἀμνηχανῶν γενέσθαι τῆς συμφορᾶς αἰτησάμενοι. καὶ οἱ μὲν ἤνυχοντο. ἡ δὲ ἐνυχὶ παραχερῆμα ἔργον ἐγίητο. ἐπὶ γὰρ αὐτῶν τῇ γονυκλισίᾳ προσκαίτερον ἔργον πνεύματι βιαίῳ νεφέλῃ ποθὲν ἀποληφθεῖσα μετέωρος ὑπερ τὸ τῶν πολεμίων στρατοπέδον

B

70pedon

portatam habetur a nonnullis: ad testimonia vero huius rei gestae, quam nunc disputamus, proxima certe et immediata referri omnino non potest.

- (n) Orat. II in XXXX milites martyres Sebastenos in Armenia tom. III. operum p. DV &c. Celeberr. IO. GE. PERTSCHIVS in *bist. eccl. saec. II. cap. XIII §. XVI (b) f. tom. II p. CCCCVI* CHRIST. KORTHOLTVM de *persic. eccl. prim. cap. V. §. LXXXVIII* dubitare scribit, vtrum GREGORIVS de his M. AVRELIJ militibus loquatur, qui tamen I. c. §. C contrarium asserit eosque impugnat, qui hoc miraculum ad martyres *Sebastenos* referre fategerunt. Fuit in illa sententia HERM. WITSIVS *diatr. de leg. fulminat. §. LIII.*

Ἰσπεδον ἴσατο, ἔτα βροντὰς ἐξαισίους ἐπιτύπησασα, καὶ ἀσραπαῖς
 Φλογάδες κατὰ τῶν ὑποκειμένων ἐξάλατα, καὶ ἔρηγνεν ὕδαρ ποτα-
 μῶν ἀφ' ὀροῦσεν, ὥτε τοῖς μὲν ὑπειαντίοις καὶ τῶν σκητῶν τὴν συνέ-
 χεαν, καὶ τὸ πλῆθος τῆς ἐπομβρίας αἰτίον γενέσθαι παντελοῦς κατὰ
 φθορᾶς. τούτοις δὲ τοῖς διὰ τῶν εὐχῶν παραταξαμένοις, ἰκανόν
 πρὸς ἀμφοτέρωθεν γενέσθαι, πρὸς τε τὴν ὑβὴν τῶν ἀντιτεταγμένων, καὶ
 πρὸς τὴν παρὰ μὲν τῆς δόξης τῆς τῶν χειμᾶρ ἔων ἀπορῆσθαι
 εἰφθόνως αὐτοῖς τὸν ποτὸν χορηγούσης (0).

§. VI.

(0) Latine haec sic redduntur. *Erat vetus quaedam circa vicinam urbem militum manus, praesidium totius gentis adversus impetum barbarorum. Illis, ex quadam ante oblata divinitus apparitione, maiori studio fides erat, quam res ac disciplina militaris. Ac forsitan non intempestivum fuerit, vnum quoddam fidei virorum illorum facinus egregium obiter commemorare. Bello enim eis adversus barbaros aliquando conflato, cum omnibus locis opportunis ab exercitu hostium praecoccupatis, aquae etiam in eorum potestate essent, ad extremum periculum redacti, siue imperitia nostrorum ducum, siue meliore ac divino magis consilio atque dispositione ut vel per hoc maxime apparet, quid interesset inter christianos atque externos et a fide alienos; cum nulla vati ne rebus praesentibus moderi possent, magnaue trepidatio ac desperatio esset, cum nullus fons in eo loco, aut aliunde provenientis aquae facultas eis appareret, periculumque esset, ne siti expugnati ab adversariis subigerentur: tunc praecleari illi atque egregii omnium armorum praesidio, immixtum, cuius resisti non posset, auxilium in rebus asperis animadverterunt. Relictis enim in castris qui mundum fidem receperant, ac per se separati, imitantur id quod tempore Eliae prophetae factum est miraculum, eorumque atque communis voce precibus petentes, ut ex rebus desperatis, in quas incidissent eriperentur. Atque illi quidem precabantur, preces vero exemplo in opus converterebantur. Cum enim adhuc ipsi in oratione perseverarent, flatu violento imbes aliunde coacta sublimis in aere castris hostium immixta erat. deinde fragoribus ingentibus superimmons, et fulgurum in subiectos incendia immittens, aquam flammibus vehementiorem praecipitabat, adeo ut adversariis quid in tum contentia fulmina tum continuationis imbrum vis extremi exitii causa existeret; his vero qui precum aciem opposuerant, ad utraque sufficeret, tam ad vincendos hostes, quam ad sitis levamen, quippe de flammibus torrentibus abunde potam suppeditantibus.*

LEGIONIS FULMINATRICIS XXI

§. VI.

Prodeat iam PAUL. OROSIVS ex saeculo V, qui rem ita in *Orosii testi-*
monium.
 litteras retulit (p): exercitium vero Romanorum cunctasque legio-
 nes per longinqua late hiberna dispositas, ita consumtas ferunt, ut
 Marcomanicum bellum, quod continuo exortum est, non nisi novis
 dilectu militum, quem triennio iugiter apud Carnotum Marc. An-
 toninus habuit, gestum fuisse referatur. Hoc quidem bellum proni-
 dentia Dei administratum esse cum plurimis argumentis, tum prae-
 cipue epistola gravissimi ac modestissimi Imperatoris apertissime de-
 claratum est. Nam cum insurrexissent gentes immanitate barbarae,
 multitudine innumerabiles, hoc est Marcomanni, Quadi, Vandali,
 Sarmatae, Sueni, atque omnis pene Germania, et in Quadorum
 usque fines progressus exercitus, circumventusque ab hostibus, pro-
 pter aquarum penuriam praesentius sitis quam hostis periculum su-
 stineret, ad invocationem nominis Christi, quam subito magna fidei
 constantia quidam milites effusi in preces palam fecerunt, tanta vis
 pluviae effusa est, ut Romanos quidem largissime ac sine iniuria re-
 fecerit, barbaros autem crebris fulminum ictibus perterritos, prae-
 fertim cum plurimi eorum occiderentur, in fugam coegerit. Quo-
 rum terga Romani usque ad internecionem caedentes gloriosissimam
 victoriam, et omnibus pene antiquorum titulis praefarendam rudi
 parvoque militum numero, sed potentissimo Christi auxilio, repor-
 tarunt. Exstare etiam nunc apud plerosque dicuntur litterae Im-
 peratoris Antonini, ubi invocatione nominis Christi per milites chri-
 stianos, et sitim illam depulsam et collatam fatetur fuisse victoriam.

§. VII.

Ex infecutorum temporum scriptoribus christianis duorum *Xiphilini nar-*
ratio.
 tantam verba ipsa producimus, quod praegressa testimonia vel con-
 firmare vel locupletare videntur prae reliquis. IO. XIPHILINVS saecu-
 lo XI post summam narrationis a DIONE CASSIO factae relatam, quam in
 altera

B 2

(p) *Adversus paganos historiarum libro VII. cap. XV. edit. Hanerc.*
 an. MDCCXXXVIII p. CCCCLXXXVIII &c.

altera testium classe dabimus, ita pergit (q): τὰυτα μὲν περὶ τούτων ὁ Δίων Φησὶν. ἔοικε δὲ ψευδεῖσαι εἴτε ἐκὼν εἴτε ἀκὼν. ὁμοίαι δὲ τὸ πλέον ἐκὼν. καὶ πῶς γὰρ οὐ; ὅς τις οὐκ ἠγνοεῖ τὸ τάγμα τῶν στρατιωτῶν τὸ κεραυνοβόλον ἰδίως καλούμενον, ἐν γὰρ τῷ τῶν λοιπῶν καταλόγῳ καὶ αὐτῷ μνημονεύει, ὅπερ ἀπ' ὑδεμιᾶς ἑτέρας αἰτίας, οὐδὲ γὰρ ἄλλη τις λέγεται, ἢ ἀπὸ τοῦ κατὰ τόνδε συμβάντος τὸν πόλεμον αὐτῷ προσηγοεῖσθαι. ὁ καὶ αἴτιον ἵσχυρῶς τοῖς τε Ῥωμαίοις τῆς σωτηρίας ἐγένετο, καὶ τοῖς βαρβάροις τῆς ἀπωλείας. ἀλλ' οὐχ ὁ Ἀενοῦφης ὁ μάγος. οὐδὲ γὰρ μάγων συνουσίας καὶ γοήσεις ὁ Μάρκος χρίσκει ἰσχύεται. ἔστι δὲ ἐλέγω τοιοῦτον, τάγμα ἦν τῷ Μάρκῳ, καλοῦσι δὲ τὸ τάγμα οἱ Ῥωμαῖοι λεγόμενα, τῶν ἀπὸ Μελιτηνῆς στρατιωτῶν, εἰσι δὲ τὸν χριστὸν προσβουοντες ἅπαντες. ἐν οὖν τῇ μάχῃ ἐκείνῃ προσίοντα τῷ Μάρκῳ τὸν ἐπαιχτον, ἀμυχανοῦντι πρὸς τὴν περίστασιν καὶ δειδίτι περὶ σύμπαντι τῷ στρατῷ, εἰπεῖν λέγεται ὡς οἱ καλούμενοι χριστιανῶν οὐκ ἔστιν ὅ, τι οὐ δυνατὸν ταῖς εὐχαῖς, καὶ ὅτι παρὰ σφίσι τάγμα ὅλον τυγχάνει ἀνείησθαι τοῦ γένους. τὸν οὖν Μάρκον ἀκούσαντα παρακλήσει χρίσασθαι πρὸς αὐτοὺς, ὡς ἀν εὐχόμενοι τῷ σφετέρῳ θεῷ. εὐχαμένων δὲ αὐτῶν παραχρῆμα ἐπακούσαντα τὸν θεόν, τοὺς μὲν πολεμικοὺς κεραυνῶ βαλεῖν, τοὺς δὲ Ῥωμαίους ὁμιζοὺς παραμυθήσασθαι. ἐφ' οἷς καταπλαγῆσα τὸν Μάρκον ἰσχυρῶς, τοῖς τε χριστιανῶς κατὰ δόγμα τιμῆσαι, καὶ τὸν λεγόμενον κεραυνοβόλον προσηγοεῖσθαι. λέγεται δὲ καὶ ἐπισελήν τινα περὶ τούτων εἶναι τοῦ Μάρκου. ἀλλ' οἱ μὲν Ἕλληνες, ὅτι μὲν τὸ τάγμα κεραυνοβόλον λέγεται, ἴσασιν, καὶ αὐτοὶ μαρτυροῦσι, τὴν δὲ αἰτίαν τῆς προσηγορίας ἤκιστα λέγουσι (r).

§. VIII.

(q) Ex Dionis historia Romana in epitomen redacta a Xiphilino lib. LXXI, quae inter scriptores historiae Augustae ab HENR. STEPHANO editos, vna cum Herodiano prodit ann. CIO IO LXIII pag. CCLXXVIII &c. et in editione DIONIS CASSII Leuclautiana apud WECHELIVM an. CIO IO CVI pag. DCCV &c.

(r) Latine haec ita vertuntur: Haec quidem a Dione dicuntur, sed is mihi mentiri videtur, volens an inuitus nescio, volentem magis arbitror, quam non ignoret legionem militum, quae κεραυνοβόλος appellatur proprio nomine, eius enim mentionem facit in catalogo

LEGIONIS FULMINATRICIS. XIII

§. VIII.

Alter priori coaevus, parum certe recentior, SVIDAS bis *Suidae loca.*
 commemorat hanc rem tam sub voce ΑΡΝΥΦΗΣ quam ΙΥΛΙΑΝΩΣ.
 Prior locus haec habet Ἀγνούφης. οὗτος Ἀργύπιος ἢ Φιλόσοφος,
 ὃς συνὼν Μάρκου τῷ βασιλεῖ Ῥωμαίων, τῷ Φιλοσόφῳ, εἶπει ποτὲ
 καμνόντων τῶν Ῥωμαίων ἐξαιφνης ποιῆσαι νέφη τε ἀγερθῆναι ζοφώ-
 δη καὶ ἄμβρον ἀφῆναι λάβρον ἅμα βροχῶν τε καὶ σέλασιν ἐκαλ-
 λήλοις. καὶ τοῦτο σοφία τινὶ ἐργάσασθαι Ἀγνούφην. οἱ δὲ Φρασιν
 Ιούλιανόν τὸν χαλδαῖον τοῦτο πεποιημένον τὸ θαυμάσιον (s). Po-
 sterior ita legitur Ιούλιανὸς ἐ τοῦ προλεχθέντος υἱὸς γεγενηὸς ἐπὶ
 Μάρκου Ἀβωνίου τοῦ βασιλέως. Ἐργεψε καὶ αὐτὸς θεουργικῶς.

B 3

τελεσι-

catalogo cerevorum militum, ex nulla alia causa, neque enim
 alia circumfertur, quam ex ea quae in eo bello accidit, id no-
 men accepisse: quae causa etiam tunc Romanis saluti, barbaris
 exitio fuit. Non enim Arnuphis magus erat, quum nusquam
 memoriae proditum sit Marcum magorum societate aut praefli-
 giis fuisse delectatum. Quod igitur in hac re dico, tale est.
 Quum Marcus legionem unam haberet ex militibus Melitenes, hi
 omnes Christum colunt, ad eum praefectus praetorianorum venit,
 nescientem in illo praefectus quid consilii caperet, timentemque to-
 ri exercitui, eique fertur dixisse, nihil esse. quod ii qui christia-
 ni nominantur, precibus impetrare non possint, esseque legionem
 unam in exercitu hominum huius generis. Qua re cognita Mar-
 cum ab iis petuisse, ut Deo suo supplicarent. Quod quum fecis-
 sent, Deum eos exaudisse subito, percussisque hostes fulmine ac
 Romanos pluvia recreasse. His rebus Marcum vehementer obstu-
 pescentem, edicto christianos honore affecisse, ipsamque legionem
 κεραυνόβόλον appellasse, atque bis de rebus epistola Marci ex-
 stare dicitur. Graeci quidem sciunt eam legionem κεραυνό-
 βόλον appellari, eiusque rei testes sunt, causam vero cur ira
 appellata sit, non dicunt.

(s) in SVIDAE lexico ed. LVD. KVSTERI tom. I. p. CCCXXXV latine sic
 redduntur Arnuphis hic Aegyptius fuit philosophus, qui, cum Ro-
 mani aliquando siti laborarent, praesente Marco Philosopho Ro-
 manorum Imperatore, effecisse dicitur, ut atrae nubes subito co-
 aetae ingentem imbrem cum crebris tonitribus et fulguribus effun-
 derent. Alii vero dicunt, Italianum hoc miraculum edidisse.

τελεστικά. λόγια δι' ἐπῶν, καὶ ἄλλα ὅσα τῆς τοιαύτης, ἐπισήμης κρύφια τυγχάνουσι. τούτων Φασί τινες διέβη ποτὲ καμνόντων τῶν Ρωμαίων, ἐξαίφνης ποιῆσαι γέφῃ τε ἀγεφθῆναι ζοφώδη, καὶ ἄμβροτον ἀφῆναι λάβρον ἅμα βρονταῖς τε καὶ σέλασιν ἐπαλλήλοις. καὶ τοῦτο σοφία γινώ ἐργάσασθαι τὸν Γουλιανόν. οἱ δὲ Φασιν, Ἀγνούφιν τὸν Αἰγυπτίον Φιλόσοφον τοῦτο πεποιμέναι γὰρ θαυμάσιον (τ).

§. VIII.

Reliqui scri-
ptores chri-
stiani vete-
res.

Ceteri huius historiae auctores christiani nominandi tantum sunt sine verborum, quibus rem commemorant, recitatione; quam vel ex praegressis scriptoribus sua desumerunt ne verbis quidem plerumque mutatis, vel adeo longe abfuerint a tempore rei gestae, ut in testium immediatorum numerum venire plane nequeant. Quorum referenda sunt ex saeculo V PROSPERI *chronicon* (u); ex saeculo VII *chronicon Alexandrinum* (v); ex saeculo VIII GEORGIUS SYNCELLVS (vv), PAVLLVS DIACONVS in *historia miscella* (w), atque collectio *historicochronographica ex Idacio et aliis collectore Gallo* quodam

(τ) *Ibid.* (s) tom. II, pag. CXXIII, quae latine sic exhibentur: *Iulianus, ante dicti filius, vixit sub M. Antonino Imperatore, scripsit et ipse rheurgica, de modis res magice consecrandi, oracula versibus, et quaecumque alia sunt huius scientiae arcana. Quidam tradunt hunc, Romanis aliquando siti laborantibus, effecisse, ut atrae nubes subito coactae ingentem imbrem cum crebris tonitribus et fulguribus effunderent: idque sapientia quadam effecisse Iulianum. Alii vero Arnupbin Aegyptium philosophum hoc miraculum edidisse tradunt.*

(u) in HENR. CANISI *lectionib. antiquis* edit. IAC. BASNAGH *part. I. p. CCLXXXIII*, ubi res HIERONYMI verbis §. IIII adductis enarratur.

(v) seu *chronic. paschale et fasti Siculi*, in SCALIGERI *thesauro temp. part. I. pag. CCLXXI*, ubi verba EVSEBII §. IIII not. m. commemorata leguntur.

(vv) in *Chronographia* ed. IAC. GOARI p. CCCLII, ubi res ex EVSEBIO narratur et ad an. Cbr. CLIII refertur.

(w) lib. X sub M. AVRELIO ed. *Basil. an. MDCLXVIII pag. CCLXXXVII &c.* ubi OROSII verba §. VI recitata pleraque occurrunt.

LEGIONIS EVLMINATRICIS. XV

quodam CAROLI M. tempore facta (x); ex saeculo X SIMEON METAPHRASTES (xx); ex saeculo XI GE. CEDRENVS (y); ex saeculo XII IO. ZONARAS (z), et *chronicon* incerti auctoris (a); ex saeculo XIII NICEPHORVS CALLISTVS (b); ex saeculo XV ANTONINVS (bb), et qui hos exceperunt plerique historiae sacrae scriptores recentiores.

§. X.

Inter testes huius rei a CHRISTO alienos et temporis, quo *Dionis* locus. vixit, et fidei auctoritatisque ratione habita merito eminent DIO CASSTVS COCCEIANVS, ex cuius *historiae Romanae* lib. LXXI XIPHILINVS haec nobis servavit: Μαρκωμάτους μὲν οὖν καὶ Ἰάξυργας πολλοῖς καὶ μεγάλοις ἀγῶσι καὶ κινδύνοις Μάρκος ὑπέβλεπεν. ἐπειδὴ ἐκ παρατάξεως τοῦ καλουμένου Κουάδου, καὶ πόλεμος αὐτῷ συνέη μεγας, καὶ νίκη παραδόξως εὐτυχῆθη, μᾶλλον δὲ παρὰ θεοῦ ἐδοξηθῆ. κινδυνεύσαντας γὰρ ἐν τῇ μάχῃ τοὺς Ῥωμαίους παραδόξως τὸ θεῶν ἐξέτωσε. κυλιωσάντων γὰρ αὐτοῦ τῶν κουάδων ἐν τοποῖς ἐπιτηδείοις, συνασπίσαντες οἱ Ῥωμαῖοι προσθύμως ἠγωνίζοντο. καὶ οἱ βαρεβα-

- (x) *cap. XXXVII* in HENR. CANISH *l. c. ant. ed. BASNAGH part. II. tom. I pag. CLXXVIII*, qui HIERONYMVM sequitur.
- (xy) in *append. ad vitam POLYEVCTI*, quae exstat in *actis sancto-um mensi. Februar. tom. II. p. DCLIII &c.* ubi res ex GREGORIO (§. V) narratur.
- (y) *annalium seu historiarum compendio cap. LXXXVII pag. CCVI* e. i. *Bastleens. a W. L. XYLANDRO curatae* CIO IO LXVI.
- (z) *annalium lib. XII c. II. pag. DLXXXV* (seq. *tom. I. edit. CAR. DV* FRESNE, qui EVSEBIUM, DIONEM ET XIPHILINUM compilavit.
- (a) a patuit re domini ad aon. CIO CLXVII compilatum, in HENR. CANISH *lectio. antiq. edit. BASNAGH vol. III. top. II pag. CCXX III*, ubi res sine sequiorum temporum additamentis ex EVSEBIO VEL TERTVLLIANO plane narratur.
- (b) *eccl. historiae lib. III cap. XII* edit. FDONTONIS DVCAEI *Parif. CIO CXXX tom. I p. CCLXXXVIII*, qui ex TERTVLLIANO, EVSEBIO ET XIPHILINO historiam memorat accessionibus tamen novis condecorat in, legionem obtinuisse ab Imperatore principem locum in exercitu.
- (bb) in *historialis vol. tit. VII. cap. VI. §. VIII fol. CLXXVIII*, qui EVSEBIO sua debet.

βαρβαροι τὴν μὲν μάχην ἐπέσχον προσδοκῆσαντες σφῶς εὐαδῶς ὑπὸ
 τε τοῦ καιμάτος καὶ ὑπὸ τοῦ δίφου αἰρήσειν. πάντα δὲ τὰ πέραξ
 διαλαβόντες ἀπέφραξαν, ὅπως μηδαμῶθεν ὕδαρ λάβωσι. πολὺ
 γὰρ καὶ τῷ πλήθει περιῆσαν. τῶν οὖν Ῥωμαίων ἐν παντὶ κενῶ καὶ
 ἐκ τοῦ καιμάτου καὶ ἐκ τῶν τραυμάτων, τοῦ τε ἡλίου καὶ τοῦ δίφου
 γενομένων, καὶ μήτε μάχεσθαι διὰ ταῦτα μήτε χωρῆσθαι πη δυναμέ-
 νων, ἀλλ' ἐν τῇ τάξει καὶ τοῖς τόποις ἐσηκόντων καὶ κατακαιομέ-
 νων νέφη πολλὰ ἐξαίφνης συνέδραμε, καὶ ὑετὸς πολὺς οὐκ αἰθεῖ
 κατέεραγε, καὶ γὰρ τοι λόγος ἔχει, Ἀνεῦφνί τινα μάγον Αἰγυπτίον
 συνόντα τῷ Μάρκῳ, ἄλλους τε τινὰς δαίμονας, καὶ τὸν Ἐρεμῆν τὸν
 αἰεῖον ἐτι μάγισσα μαγικαίους τισὶν ἐπικαλέσασθαι, καὶ δι' αὐτῶν
 τὸν ὄμβρον ἐπισπάσασθαι (c).

§. XI.

eiusdem con-
 tinuario.

Et interiectis eis, quae XIPHILINVS narrationi DIONIS op-
 posuit §. VII iam adductis, eiusdem verbis relatio sic continuatur,
 προστίθησι δὲ ὁ Δίων, ὅτι τοῦ ὄμβρου κατὰ ἐραγένης, πρῶτον μὲν
 ἀνω πάντες ἀνεκύψον, καὶ ἐς τὰ ἑσμάρα αὐτῶν ἐδέχοντο. ἐπεὶ
 οἱ

(c) Post quae verba, ea sequuntur quae §. VII (q) recitauimus. DIO-
 NIS narratio sic vertitur: Igitur Marcus multis magnisque prae-
 liis factis, aditisque periculis Marcomianos et Iazygas subegit. Post
 haec ei praelium acre bellumque magnum cum iis, qui Quadi ap-
 pellantur, fuit: quo ex bello victoria praeter spem, vel potius
 Dei beneficio feliciter consecuta est propterea, quod Romani quum
 essent in praedio, atque in maximum periculum venissent mirabi-
 liter sane ac diuinitus conseruati sunt. Quum enim interclusi a
 Quadis in locis opportunis conferti pugnarent fortiter, atque
 interim barbari disserterent praedium, sperantes eos calore et siti
 perituros, quos circum occupatis locis omnibus sic concluderant,
 erant enim multo plures, ut aquam habere nullo pacto possent,
 quumque Romani in tantas difficultates incurrissent, ut morbo,
 vulneribus, ardore solis, ac siti vexarentur, nec ob eas res pu-
 gnare possent, aut alio secedere, sed in acie stantes atque iis in
 locis constituti arderent, multae nubes dorepente ita coactae sunt
 ut maximus imber aquae ceciderit non sine Dei beneficio. Fama
 est Arnuphin magum Aegyptium, qui cum Marco erat Mercurium
 praesertim illum, qui est in aere, aliosque daemones qui-
 busdam artibus magicis inuocauisse, ac per eos pluuia extorsisse.

οἱ μὲν γὰρ ἀσπίδας, οἱ δὲ καὶ τὰ κράνη ὑπαβάλλοντες, αὐτοὶ τε χαδὸν ἔσπων, καὶ τοῖς ἵπποις πίνειν εἰδότες. καὶ τῶν βαρβάρων σφίσιν ἐπιδραμόντων, ἔπινον τε ὄμου, καὶ ἐμάχοντο. καὶ ἦδη γέ τινες πηρωσκόμοιοι, τό τε αἶμα περιχευόμενοι ἐς τὰ κράνη καὶ τὸ ὕδωρ αἶμα ἀνερεθρόν. κἂν ἔπαθόν τι δεινὸν ὑπὸ τῶν πολεμίων ἐπιχειμένων αὐτοῖς περὶ τὸ πίνειν οἱ πλείους ἠσχρολημένοι, εἰ μὴ χράλαζα ἰσχυρά καὶ κεραυνοὶ οὐκ ὀλίγοι τοῖς πολεμίοις ἐπέπεσον. ἦν οὖν ὄραν ἐν τῷ αὐτῷ χωρίῳ ὕδωρ γε αἶμα καὶ πῦρ ἐκ τοῦ ἀεραῖου φερόμενα. καὶ οἱ μὲν ὑγραινόμενοι τε καὶ ἔπινον, οἱ δὲ ἐπυροῦντο καὶ ἐθνησκον. καὶ οὔτε τῶν Ῥωμαίων τὸ πῦρ ἠπείρο, ἀλλ' εἶπου καὶ προσέμιξε σφίσιν, ἐνδύς ἐσβέννυτο. εὔσε τοὺς βαρβάρους ὁ υἱὸς ὠφέλει, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ μάλλον τὸν φλόγα αὐτῶν, ὡς περ ἔλαιον, ἠγείρει. ὕδωρ γε ὑόμενοι ἐζήθουν. καὶ οἱ μὲν ἑαυτοὺς ἐτίτρωσκον, ὡς καὶ τῷ αἵματι τὸ πῦρ κατασβέσσοντες, οἱ δὲ καὶ πρὸς τοὺς Ῥωμαίους προσετρεχον, ὡς καὶ μόνους σωτήριον ὕδωρ ἔχοντας. ἠλέησε γοῖν αὐτοῦ καὶ ὁ Μάρκος. παρὰ δὲ τῶν στρατιωτῶν τὸ ἔβδομον αὐτοκράτορα προσηγορεύθη. καί περ δὲ οὐκ ἐώθεῖς, πρὶν τὴν βουλὴν ψηφισαδαί, τοιοῦτόν τι προσέειπα, ἔμωσ' ἐδέξατό τε αὐτό, ὡς καὶ παρὰ θεοῦ λαμβάνων, καὶ τῆ γερουστῆ ἐπέσειλεν. ἡ μὲνοι Φαυστῆα μήτηρ τῶν στρατοπέδων ἐπεκλήθη (d).

§. XII.

(d) Latina haec sunt: addit Dio, Romanos quum primum pluvia caderet, omnes inspexisse in caelum, eamque in ora recepisse, deinde sentis, galeisque subiectis, inde sorbisse largiter, equisque ad bibendum dedisse; quumque barbari in ipsos impetum facerent, eos simul bibisse et pugnasse, compluresque sancios sanguinem infusum in galeas, simul cum aqua absorbuisse. Hi propterea grana damna acceperunt argentibus hostibus, quod in aqua ex parte in bibendo erant occupati, nisi vehemens grando, compluresque fulmina in hostes cecidissent. Itaque videre licebat in eodem loco aquam ignemque simul de caelo cadere, atque ob eam causam valere alios et bibere exurique alios ac prorsus interire. Non attingebat ignis Romanos, aut si forte interdum cum eis misceretur, exinguebatur subito, neque imber inuabat barbaros, sed eos non secus inflammabat atque oleum, ut aquam requirerent pluvia persusi, infligerentque pars sibi vulnera, quo ignem sanguine

§. XII.

Capitolini et
Lampridii
loca.

Proximi veniunt duo *historiae Augustae* scriptores, prior IULIUS CAPITOLINUS, qui in vita M. ANTONINI PHILOSOPHI, ubi post mortem ipsius enarratam virtutes et praeclare gesta exponit, rem sic commemorat; *fulmen de caelo precibus suis contra hostium machinamentum extorsit, suis pluvia impetrata cum siti laborarent* (e): posterior AELIUS LAMPRIDIUS artium magicarum a M. AVRELIO CONTRA MARCOMANNOS adhibitarum mentionem iniicit in vita ANTONINI HELIOGABALI (f): *cum Marcomannis bellum inferre vellet, quos ANTONINUS pulcherrime prostigauerat, dictum est quibusdam per Chaldaeos et magos ANTONINUM MARCVM id egisse, ut Marcomanni populo Romano semper deuoti essent atque amici, idque factis carminibus et consecratione; cum quaereret, quae illa esset, vel ubi esset, suppressum est. Constabat enim illum ob hoc consecrationem quaerere, ut eam dissiparet spe belli concitandi, et idcirco maxime, quod audierat responsum fuisse, ab ANTONINO bellum Marcomanicum finiendum.*

§. XIII.

Themistii te-
thiraonium.

Hos excipit THEMISTIVS, qui in oratione aliqua ad THEODOSIVM habita- (g) sic loquitur, *μνημηαι τὸδε ἔργον ἐγὼ παλαιὸν Ἀντωνίνῳ τῷ Ρωμαίων αυτοκράτορι, ᾧ τοῦτο αὐτὸ ἐπώνυμον ὁ εὐσεβῆς*

guine restringerent; pars confugerent ad Romanos, quasi illis tantummodo aqua salutaris esset, ita ut eorum Marcus etiam mirtus sit, eoque facto a militibus septimum imperator appellatus. Quod etsi admittere non consueuerat prius quam esset decretum a senatu, tamen non repndiauit, quasi id diuinitus acciperet, de quo etiam ad senatum scripsit. Faustina quoque mater exercituum appellata est.

(e) in vita M. ANTONINI PHIL. §. XXVIII. in collectione scriptorum historiae romanae ex recognitione DES. ERASMI ROTERODAMI Basil. an. MDIO XVIII. pag. CCXXIII.

(f) §. VIII. editionis iam (e) commemoratae pag. CCLXXVIII.

(g) *τῆς ἡ βασιλικῆς τῶν ἀρετῶν quae nam regia maxime sit virtus, quae ex ordine editionis 10. HARDVINI XV est, ubi p. CLXXXI haec verba leguntur.*

LEGIONIS FVLMINATRICIS XVIII

βῆς ἦν, τοῦ στρατεύματος ὑπὸ δόλου αὐτῷ πιεζομένου, ἀνασχῶν τῶν χεῖρεσσι ὁ βασιλεὺς πρὸς τὸν οὐρανὸν, ταύτην, ἔφη, τῇ χειρὶ, προτρέψαμην σε, καὶ ἱκέτευσα τὸν ζωῆς δοτήρα, ἢ ζωὴν οὐκ ἀφελόμενον. καὶ οὕτω κατήδεσε τὸν θεὸν τῇ εὐχῇ, ὡσεὶ ἐξ αἰθέρας ἦλθον νεφέλαι ὑδροφοροῦσαι τοῖς στρατιώταις. καὶ εἶδον ἐγὼ ἐν γραφῇ εἰκόνα τοῦ ἔργου, τὸν μὲν αὐτοκράτορα προσευχόμενον ἐν τῇ Φάλαγγι, τοὺς στρατιώτας δὲ τὰ κράνη τῶ ὄμβρῳ ὑποτιθέντας, καὶ ἐμπνιπόμενους τοῦ νόματος τοῦ θεοσδότου (h).

§. XIV.

Postremus in censum venit CLAVDIVS CLAVDIANVS, qui *Claudiani locus*.
hanc rem sic cecinit (i):

*Nec tantis patriae studiis ad templa vocatus
Clemens, Marce, redis, cum gentibus undique cinctam
Exiit Hesperiam paribus fortuna periculis.
Laus ibi nulla ducum: nam flammens imber in hostem
Decidit: hunc dorso trepidum flammante ferebat
Ambustus sonipes: hic tabescente solutus
Subsidit galea, liquefactaque fulgure cuspis
Canduit, et subitis fluxere vaporibus enses.
Tunc contenta polo mortalis nescia teli
Pugna fuit: Chaldaea mago seu carmina ritu
Armanere Deos; seu, quod reor, omne tonantis
Obsequium Marci mores potuere mereri.*

C 2

§. XV.

- (h) DION. PETAVIVS sic vertit: enim vero venit mihi in memoriam non recentis cuiusdam, sed veteris exempli. Cum Antonini Romanorum imperatoris, cui ab eadem illa pietate cognomen inditum fuit, siti laboraret exercitus: manus ille ad caelum crexit, hac ego manu, inquit, supplex te placare volui, et oravi vitae largitorem, qua nulli eam eripui: eaque prece diuinum sibi placasse numen ac statim serenitate facta magna imbrium copia, ad militarem sedandam sitim erupit. Cuius rei descriptam in imagine picturam videre memini; in qua media in phalange pictus erat imperator, milites vero galeis imbrem excipientes, diuinitus concessō liquore sitim explebant.
- (i) *Panegy. de sexto consulatu HONORII AVGVSTI lin. CCCXXXVIII ad CCCL edit. NIC. HEINSII CID IO CL pag. CLXXXIII.*

§. XV.

Columna An-
tonini.

Antiquitatis monumenta, quae praeter scriptores hic allegari possunt et solent, triplicis generis sunt. Ad primum pertinent tabulae, quae huius rei gestae imaginem referunt. Qualem non solum THEMISTIVS a se vitam describit (§. XIII), verum etiam hodie Romae exhibet celebratissima ANTONINI columna, quam SIXTVS V instauravit ex ruderibus, atque PAVLLI Apostoli statua insigniuit. Sifititur in illa praeter aliarum rerum a M. AVRELIO gestarum indicia honorifica, imago victoriae huius diuino beneficio reportatae ita efformata, vt Deus aliquis hominis alati instar effictus nubibus circumdatus in imbres largissimos defluat, et frequentia fulmina emittat, quibus subiaccens exercitus ex vno latere tabulae postus prosternitur, altera militum manu in opposito latere conspicua incolumi, atque in hostes humum prostratos et fugientes impetum faciente (k). Qua figura IVPITER sine dubio repraesentatur, cui caeli, pluuiae, imbrium, tonitruumque arbitrium gentes vetustiores a vero Dei cultu alienae tribuerunt et nomina IOVIS PLVVII, FRVCTIFERI, DESCENSORIS, FVLMINATORIS, NVBICOGI et GRANDISTREPI et quae his gemina sunt indiderunt. Huic igitur id beneficium exercitus romani opportuna tempestate ex praesentissimo discrimine liberati, hostiumque ad interneccionem caesorum acceptum retulisse publice significauit M. AVRELIVS, qui illud monumentum ANTONINI PII sui que ipsiusmet memoriae consecrasset vulgo creditur.

§. XVI.

(k) vberius descriptum et plerique aeri incisum exhibent illud monumentum vel integrum vel hanc eius partem imprimis CAES. BARONIVS *annal. eccles. rom. II edit. Antwerp. c. 10. cxvii. pag. CCVIII* &c. ANGEL. DE ROCHA in *biblioth. vaticana pag. CCXXVIII* &c. THEOPH. SPIZELIVS in *additamento ad epistol. de atheismo eradicando pag. CXXXV* &c. BERNH. DE MONTFAVCON *antiquit. expl. lib. II. tab. CXIII.* SIGEB. HAVERKAMPIVS ad TERTVLL. *Apolog. c. V. p. LXIII.* nec non IO. BAPT. CASALIVS *de ritib. sacris et prof. par. I. c. III vrb. CHEVREAV* *histoire du monde rom. II. cap. XIV. p. CCLXXXVIII* et *rom. I. p. CCCCLXXXVIII.* et MAX. MISSON. *voyage d'Italie, letr. XXVIII p. CCXXXVI.* Peculiari scripto totum hoc monumentum illustravit IOH. CASTALIO *diff. de columna cochlide antoniniana.*

LEGIONIS FVLMINATRICIS XXI

§. XVI.

Secundus huiusmodi monumentorum ordo nummos com-Nummi illi-
plectitur, qui illius rei fidem facere videntur. Eminent in illis num- us rei testes.
mus argenteus, cuius ex gaza regis Galliae mentionem ab ANDREA
MORELLIO sibi factam primis commemorauit inter testimonia huius
miraculi ANTONIVS PAGO (l). Exhibet ille caput M. AVRELII lau-
reatum cum inscriptione M. ANTONINVS AVG. TR. P. XXVIII, atque
in postica MERCVRIVM dextra pateram et sinistra caduceum tenen-
tem cum inscriptione RELIG. AVG. IMP. VI. COS. III (m). Duplici
ratione satis speciosa primo obtutu ille nummus viris antiquitatum
peritissimis opinionem persuasit, qua miraculum hoc eo exprimi
perhibuerunt. Vna ab anno, quem exhibet, desumitur, quum an-
nus *tribunitiae potestatis* M. AVRELII XXVIII in annum a Christo
nato CLXXXIII atque imperii XIII incidat, quo illam victoriam a
QVADIS diuinitus reportauit. Altera ex MERCVRII imagine capitur,
cui hoc beneficium duas ob rationes adscribi posse existimarunt, tam
quod DIO (§. XI) pluuiam illam ex multorum sententia a MERCVRIO
impetratam esse dilerte memorat, quem operosissime probatum iu-
runt nonnulli pluuiam praesuisse vt IOVIS ministrum (n); quam etiam
quod magicis artibus praesse credebatur MERCVRIVS, quibus ro-
manum exercitum hoc beneficium obtinuisse perhibent et DIO
(§. XI), et CLAVDIANVS (§. XIII), et veteres scriptores, ad quos pro-
uocat SVIDAS (§. VIII). Magna consensione in hanc coniecturam
concesserunt ad vnum omnes, qui post MORELLIVM et PAGIVM in
hoc miraculo examinando elaborarunt, licet fundamento penitus
destituatur, vt postea demonstrabitur. Alium nummum huc refert
CAROL. PATINVS, dum minori quam a MORELLIO factum est verosim-
litudine nummum M. AVRELII in cuius postica fulmen exhibe-
tur

C 3

- (l) *Critic. in anal. Baconii rom. I. p. CLXVIII edit. Antwerp. ann. MDCCXXVII.*
(m) Deprehenditur in MORELLI *specim. rei antiquae num. p. CCIII et IO. HARDVINI hist. august. ex nummis p. DCCLXXXV.*
(n) conf. WALT. MOYLE *diff. Moshem. pag. DCCLXXXI &c. et DCCCXIII &c.*

tur cum inscriptione KOINON MAKEΔONON ad hanc victoriam miraculosam pertinere coniicit (o), his verbis: tanta erat apud exterarum gentium Aurelii fama, ut illum saepe tanquam Deum venerarentur. Exempla sunt haec numismata, quorum prius fulgur exprimit. Iupiter interdum fulminator nequissimus et fulgur dicebatur, inquit Festus, qui scilicet interdum caderet, ut qui noctu, Summanus. Fortitudinem Imperatoris hic nummus celebrat, qui fulguris instar populi Romani hostes Marcomannos mira celeritate penitus deleverat; iuxta illud caeli carmen.

perfringit, penetrat, cremat omnia fulmen adactum
Ad illud fortassis referendus est nummus, quod scribit Capitolinus, fulmen, inquit, de caelo precibus suis contra hostium machinamentum extorsit &c. &c.

§. XVII.

Litterae M.
Aurelii ad senatum.

Tertius monumentorum ordo absolvit litteris publicis, legibus et rescriptis imperatoris M. AURELII, quibus omnino plurimum deferendum esset, si vel suspicionem falsi non facerent, vel huc certo pertinerent. Tria vero sunt scripta eo referri solita. Primum merito locum occupat epistola MARCI ad senatum, qua haec victoria christianorum beneficio tribuitur. Mentionem eius faciunt non solum TERTULLIANVS (§. II), EVSEBIUS (§. III. IIII) OROSIVS (§. VI) et XIPHILINVS (§. VII), verum etiam ipse DIO (§. XI). Qualis illa in operibus IUSTINI MARTYRIS ad calcem apologiae II occurrere consuevit, ita se habet Μάρκου Βασιλέως επισολή προς τήν σύγκλητον, ἐν ἣ μαρτυρεῖ χριστιανούς αἰτίους γεγονήσθαι τῆς νίκης αὐτῶν. Αὐτοκρατορῶς Κάισρος Μάρκος Αὐγήςλιος Ἀντωνίνος Γερμανικός, Παρθικός, Σαρματικός, δήμιος Ρωμαίων, καί τῃ ἑρῶ σύγκλητῶ χαίρειν. Φανερά ὑμῖν ἐποίησα τὰ τοῦ ἐμοῦ σκοποῦ μεγέθη, ὅποια ἐν τῇ Γερμανίᾳ ἐκ περιστάσεως διὰ περιβολῆς ἐπακολουθήματα ἐποίησα ἐν τῇ μεθορία καμῶν καί παθῶν ἐν Κορίνθῳ καταλαμβανόμενον μου ὑπό δρακόντων ἐρδωμήκοντα τεσσάρων ἀπὸ μιλίων ἐννέα.

(o) in imperatorum romanorum numismat. ex aere med. et min. form. Argent. CIO IO CLXXI. pag. CCXXXVIII.

ἐνέει. γνησιότατον δὲ αὐτῶν ἐγγύς ἡμῶν, ἐξπλωράζορες ἐμήνυσαν ἡμῖν, καὶ Πομπηϊανὸς ὁ ἡμέτερος πολέμαρχος ἐδήλωσεν ἡμῖν, ὅτινα εἶδμεν, (καταλαμβανόμενος δὲ ἡμῖν ἐν μεγέθει πλήθους ἀμύβου στρατευμάτων λεγεῶνος περὶ δέκατης, γερμανίας Φρεβησιῶν μίγμα κατηρηθιμημένων) πλήθη παρῆναι ταμιμύτου ὄχλου χιλιάδων ἐνακοσίων ἐβδομηκονταεπτὰ. ἐξετάσας οὖν ἐμαυτὸν καὶ τὸ πλῆθος τὸ ἐμὸν πρὸς τὸ μέγεθος τῶν βαρβάρων καὶ πολεμίων, κατέδραμον εἰς τὸ θεοῖς εὐχεσθαι παρῆροις. ἀμελούμενος δὲ ὑπ' αὐτῶν καὶ τὴν σεισχωρεῖαν μου θεωρήσας τῆς δυνάμεως, παρεκάλεσα τοὺς παῖς ἡμῶν λεγομένους χριστιανούς, καὶ ἐπερωτήσας εὖσαν πλῆθος καὶ μέγεθος αὐτῶν καὶ ἐμβριθιμότητος εἰς αὐτούς. ὅπερ οὐκ ἔβησε, διὰ τὸ ἕτερον ἐπεγνωκέναι με τὴν δύναμιν αὐτῶν, ὅθεν ἀξίωμοι, οὐ βελῶν παραέτησαν, οὐτε ὄπλων, οὐτε σαλπύγγων, διὰ τὸ ἔχθρὸν εἶναι τὸ τοῦτο αὐτοῖς, διὰ τὸν θεὸν ἐν φοροῦσι κατὰ συνείδησιν. εἰκὸς οὖν ἐστίν, οὗς ὑπολαμβάνομεν ἀθέτους εἶναι, θεὸν ἔχουσιν αὐτόμαλον ἐν τῇ συνείδησει τετειχισμένον. εἴφαντες γὰρ ἑαυτοὺς ἐπὶ τὴν γῆν, οὐχ ὑπὲρ τοῦ ἐμοῦ μόνον ἐδειξάμεθα, ἀλλὰ καὶ ὑπὲρ τοῦ παρόντος στρατεύματος, παρηγοροῦν γενέσθαι δέλης καὶ λιμῶν τῆς παρουσίας. πεμπταῖσι γὰρ ὕδαρ οὐκ εἰλήφειμεν διὰ τὸ μὴ παρῆναι. ἦμεν γὰρ ἐν τῷ μεσομαθάρ τῆς Γερμανίας, καὶ τοῖς ἄροις αὐτῶν. αἶμα δὲ τῶν τούτων εἶναι ἐπὶ τὴν γῆν ἑαυτοῦς, καὶ εὐχεσθαι θεῷ, ὃ ἐγὼ ἠγνόουν, εὐθέως ὕδαρ ἠκολούθει ἀνερανόθεν, ἐπὶ μὲν ἡμᾶς ψυχρατατον, ἐπὶ δὲ τοῖς Ρωμαίων ἐπιβούλους, χάλαζα πυρῶδη. ἀλλὰ καὶ εὐθὺ θεῷ παρουσίαν ἐν ἐνχῇ γνησιότατην παραυτίκα, ὡς ἀνυπερβλήτου καὶ ἀκαταλύτου. αὐτόθεν οὖν ἀξίωμοι, συγχωρήσομεν τοῖς τοιοῦτοις εἶναι χριστιανούς, ἵνα μὴ καθ' ἡμῶν τι τοιοῦτον αἰτησάμενοι ὄπλον, ἐπιτύχωσι. τὸν δὲ τοιοῦτον συμβουλεύω, διὰ τὸ τοιοῦτον εἶναι χριστιανόν, μὴ ἐγκαλεῖσθαι. εἰ δὲ εὐρεθῆι τις ἐγκαλῶν τῷ χριστιανῷ ὅτι χριστιανός ἐστι, τὸν μὲν προσωγομένην χριστιανὸν προσήλον εἶναι βούλομαι γίνεσθαι ὁμολογήσαντα τοῦτο, ἀλλὰ ἕτερον μηδὲν ἐγκαλοῦμενον, ἢ ὅτι χριστιανός ἐστι μόνον. τὸν προσάγοντα δὲ τοῦτον, ζῶντα καίεσθαι, τὸν δὲ χριστιανὸν ὁμολογήσαντα, καὶ συνασφαλιστάμενον περὶ τοῦ τοιοῦτου, τὸν πεπιστευμένον τὴν ἐπαρχίαν εἰς μετόπισιν

τάνοιαν και ανέλευθερίαν τόν τοῖδουτον μὴ μετάγειν. ταῦτα δὲ και τῆς συγκλήτου δόγματι κυρωθῆναι βούλομαι, και κλεῖω τοῦτου μου τὸ διάταγμα ἐν τῷ Φόρῳ τοῦ Τραιάνου προτεθῆναι, πρὸς τὸ δύνασθαι ἀναγινώσκεισθαι. Φροντίσει ὁ πραιφεκτος Βιρασιος Πάλλων εἰς τοῖς περίξ επαρχίας πεμφθῆναι. πάντα δὲ τὸν βουλομένον χεῖσθαι και ἔχειν μὴ κωλύεσθαι λαμβάνειν ἐκ τῶν προτεθέντων παρ' ἡμῶν (P).

§. XVIII.

(P) Editionis, quae Coloniae nomen prae se fert an. MDCLXXXVI pag. Cl &c. quae latine sic vertuntur: *Marci imperatoris epistola ad Senatum romanum, qua testatur, christianos victoriae romanorum contra barbaros causam fuisse. Imperator Caesar M. Aurelius Antoninus, Germanicus, Particus, Sarmaticus, populo romano et sacro senatus salutem. De magnitudine consilii institutique mei vos certiores feci. Supramodum consecutae sunt in Germania aerumnae graues, ad confinium periclitantibus laborantibusque et a septuaginta quatuor draconibus nono miliario oppressis nobis in Cotino. Qui cum non longe abessent, exploratores id nobis indicarunt: et itidem Pompeianus copiarum nostrarum militarium praefectus ea significauit, quae prius nobis cognita erant. Oppressus autem eram ab ingenti multitudine cum mecum essent copiae delectae legionis primae, decimae, geminae, ferentariorum, mistae. Cum ergo renuntiatum esset, exercitum ex omni turba conferta nongentorum septuaginta milium adesse: ipse quoque vires meas inquirens, et copiarum numerum iniens, et cum multitudine barbarorum atque hostium conferens, adrem diuinam diis patris per preces faciendam decurri. Et vires meas in angustum redigi cernens, euocauit, qui apud nos dicuntur, christianos; ac per inquisitionem magnum eorum inueni numerum: acriusque in eos infremui. Quod quidem minime factum oportuit, propter eam, quam in illis postea comperi esse virtutem: unde illi pugnam, non autem a telorum armorumque expeditione, neque a tubarum classico exordiuntur; quod ingratum atque inimicum hoc eis sit, propter Deum, quem in conscientia gerunt. Quapropter aequum est, quos atheos et a Diis alienos esse suspicari sumus, ut eos norimus Deum in conscientia, suapte sponte illapsum, atque ibi inclusum habere. Nam proicientes se in terram, non pro me tantum, sed et pro exercitu, qui tum ibi aderat, uniuerso precati sunt: ita ut solatio nobis essent in praesenti fame et siti: in quintum enim iam diem aquam, quod*

ca

§. XVIII.

Peculiarem praeterea legem tulisse M. AVRELIVM, qua Edictum An-
 ti sibi his argumentis persuadent. Quod non solum TERTVLLIANVS
 postremis verbis ex *apolog.* supra recitatis §. II, atque ex eodem
 EVSEBIVS (§. III) post commemoratam victoriam M. AVRELIJ christi-
 anorum beneficio reportatam huiusmodi edicti Imperatoris expref-
 sam mentionem facit: verum etiam EVSEBIVS in enarrando martyrio
 APOLLONII accusatorem illius *κατὰ βασιλικὸν ἔδρον* ex Imperatoris
 edicto cruribus fractis poenas dedisse accusationis perhibet (q), quae
 verba de M. AVRELIJ edicto apud TERTVLLIANVM commemorato in-
 telligi debere existimant. Quare eiusmodi edictum M. AVRELIJ in-
 ter testes miraculi huius apparere solet eorumque numerum augere.

D

§. XVIII.

ea defecisset, non ceperamus. Nam in meditullio Germaniae et
 in sinibus hostium evamus. Simulacque vero illi in terram sunt
 promoluti et Deum precatione invocaverunt, quem ego ignorabam,
 confessum aqua de caelo est consecuta, ad nos illa quidem frigi-
 dissima in romanorum vero imminentes hostes grandio ignea. Sed
 et cum oratione ipsa illico praesentia Dei assuit, tanquam insu-
 perabilis et invicti. Inde igitur incipientes, permittemus hisce
 christianis esse: ut ne id genus armorum aduersus nos precibus
 illi videntes, voti compotes fiant. Quocirca consulens statuo, ne
 hominem huiusmodi, quod videlicet christianus sit, accusare liceat.
 Si quis autem inveniatur christianum, propterea quod
 christianus sit, deferre: delatum ipsum christianum, qui hoc sit
 confessus, nulloque alio crimine accusatum, quam quod christi-
 anus sit, manifesto se pro eo gerere, delatorem vero ipsum, vi-
 num comburi velo. At christianum confessum ac proinde eo no-
 mine tutum atque securum, is cui provinciae praefectura credita
 est, ad poenitentiam eiusmodi professionis et statum illiberalem
 non traduct. Haec vero etiam senatus consulto confirmari vo-
 lo: et constitutionem hanc meam in foro Traiani proponi iubeo,
 ut legi possit. Illam quoque in provincias quasque mittendam
 curabit Verusius Pollio praefectus. Quicumque autem hac vti, et
 habere exemplar eius voluerit, ne recipere id ex eo, quod a nobis
 propositum est prohibeatur.

(q) *hist. eccl. lib. V, c. XXI ed. Contrabrig. p. CCXXX.*

§. XVIII.

Lex Antonini
apud Vlpianum.

Vltimum denique locum sibi vindicat lex ANTONINI, quam VLPIANVS (r) allegauit his verbis: *eis qui Iudaicam superstitionem sequuntur, diui Verus et Antoninus honores adipisci permisérunt, sed et necessitates iis imposuerunt, quae superstitiones eorum non laederent* (s). Retulit hanc legem ANDR. ALCIATVS (t) ad M. AVRELIVM eiusque fratrem et imperii socium L. VERVM, coniecitque significari illa *christianos*, quorum sacra et religionem tam *superstitionis* nomine, quam *iudaicae* inprimis apud Deorum cultores antiquitus venisse constet, quibus etiam M. AVRELIVM beneficio miraculosa victoriae in expeditione contra QVADOS conciliatum impense fauisse eorumque securitati legibus consuluisse TERTVLLIANVS testatum faciat. Quam ob rem non defuerunt, qui legem istam vel pro illo ipso edicto imperatoris a TERTVLLIANO commemorato habuerunt, vel ex gratia saltem, quam christiani ab AVRELIO inierunt, hoc pluuiae diuinitus impetratae beneficio, deriuarunt (u).

§. XX.

Argumenta
patronorum
huius miraculi.

Auditis nunc testibus ipsam causam disputabimus eo ordine, vt primum vtriusque partis tam patronorum miraculi huius quam aduersariorum argumenta succincte proferantur, atque ad veri certique regulas exigantur, deinde vero rationes subducantur ipsumque de omni hac re iudicium modeste feratur. Scilicet patronis non caruit haec causa, ex quo sollicitari coepit, qui laudabili perique studio eam defensum iuerunt (v) arbitrati, *nimè hanc historiam*

(r) *lib. III de officio proconsulis.*

(s) *l. generaliter §. fin. ff. de decurion. c. Digestorum lib. I. tit. II. sect. III. §. III. in corp. iur. ciu. rom. ed. Lipsf. ann. MD CCXX p. DCCCLXXXVI. postrema verba ita a nonnullis leguntur, sed et necessitatem eis imposuerunt qui superstitionem eorum non laederent.*

(t) *Dispunctionum lib. III cap. VIII.*

(u) *Fuerunt in hac sententia IOAN. LANGIVS in not. ad NICEPHORI CALL. hist. eccles. lib. III. c. XII IAC. PAMELIUS ad Tertull. apolog. c. VI. et FRIDERIC. SYLBERGVIGVS annot. in Iustin. M. p. CCCCVII. vbi praeter ALCIATVM dispunct. lib. III c. VIII ex legum interpretibus WILH. BVDAEVM huius coniecturae patronum allegat.*

(v) *Praeter historiae sacrae scriptores recentiores bene multos, quidquod,*

storian ad Iesu Christi Domini Deique nostri gloriam, nimis ad populi christiani decus facere, quam ut pro ea tuenda homini pio, verumque huc pertinentium gnaro, laborandum non sit (w). Inter hos primas iure suo deferimus HERM. WITSIO et PETRO KINGIO, quorum ille in diatriba de legione fulminatrice christianorum sub M. Aur. Antonino (x), hic vero in responsionibus ad GVALT. MOYLIi dissertationem de legione fulminatrice eiusque defensionibus (proem. not. c) vix quidquam reliqui fecerunt, ut certitudini huius miraculi confuleretur. Quidquid ab his duumviris aliisque causae focus in hanc rem argumentorum prolatum est, in duas classes facile dispescitur, in quarum vna res ipsa examinatur eiusque rationes ita comparantur, ut appareat eam non solum sic fieri potuisse verum etiam probabiliter gestam esse uti narratur, atque adeo illius verisimilitudo et credibilitas a priori ut loquimur, efficiatur; altera vero testium ratio habetur, eorumque numerus, qualitas, et consensus inuestigatur, ad fidem narrationi faciendam a posteriore. Utramque breuiter lustrabimus argumenta ipsa duntaxat exposituri, vindicias eorundem in recensendis aduersariorum obiectionibus commemoraturi.

§. XXI.

In priori argumentorum ordine sic ratiocinantur, qui vnus genemiraculo fauent, *primum* nisi quis et DEI O. M. perfectiones conuel-
ris rationes.

D 2

lere

quod, si vnum alterumue exceperis, omnes; reliquos qui vel peculiari opera, vel aliud agendo obiter, operose tamen, hoc miraculum tui sunt, numerose recenset IO ALB. FABRICIUS in *satuari luce euangelii cap. VII. p. CXXXVIII &c.* quibus adici debent PETR. DAN. HVETHI *dem. euang. propos. III. §. XVIII. edit. Lipsiens.* an. CID IO CLXXXIII *pag. LXV &c.* SEB. LE NAIN-DE TILLEMONT *biblioth. des Empereurs tom. II pag. CCLXVIII &c.* et DLX edit. Paris. an. CID IO CCXX. HONORE DE SAINTE MARIE *reflexions sur les regles et sur l'usage de la critique diff. III. art. I. pag. CCLIII.* THEOD. RVINARTI *praef. ad acta sel. marty. edit. sec. CID IO CCXIII. §. XXXX pag. XXXXIII f. ven. SALOM. DEYLINGH obs. sacr. part. II. obs. XXXXVIII §. VII &c. p. CCCCXXXVIII.* et IO. FRICKII *diff. hist. de legione fulmin. Lipsiae habit. an. CID IO CLXXXVI* qua LAROQVANVM refutatam iuir.

- (w) Verba sunt HERM. WITSII *diatr. de leg. fulmin. christian.* §. XVIII.
(x) quae vna cum libro de *decem tribubus Israelis* appendicis instar *Aegyptiacis* ipsius adiecta est.

lere, et omnem pene fidem historicam labefactare non sine insigni temeritate voluerit, negaturum esse neminem miracula fieri posse; neque proinde inficiandum esse aut incredibile habendum quidquid ab usitato naturae ordine recedit: *deinde* primis a CHRISTO saeculis infrequentia omnino non fuisse miracula, neque post discessum legatorum CHRISTI cessasse subito prodigia ad doctrinam diuinitus reuelatam generi humano persuadendam admodum necessaria, eorumque saeculo saltem IIII indubia adhuc extare monumenta: *praeterea* ipsam portenti naturam indolemque et Deo hominum in angustias praesentissimumque periculum redactorum amantissimo, neque supplicationibus difficili, dignam plane et fini edendorum miraculorum apprime accommodatam esse; neque conuenientius quidquam excogitare potuisse ad Imperatorem eximius donis virtutibusque conspicuum omnemque romanum populum CHRISTO conciliandum, atque obuiam eundum opinioni de publicis calamitatibus ex noua et in patrios deos iniuria immo profana superstitione, ut vocari consueuerat doctrina christianorum, oriundis: neque exemplis *tandem* similibus destitui hoc miraculum, cuiusmodi Deum, caeli tempestatumque moderatorem, saepius patrasse et libri diuinitus scripti (y), et historia sacra antiquior (z) abunde commemorauerint (a).

- (y) Qualia occurrunt Ios. X. *com.* XI. IUDIC. V *com.* XX, I SAM. VII *com.* X quibuscum conferti potest II REG. I *com.* X & XII &c. IEREM. XXXVIII *com.* XXII. GEN. XVIII *com.* XXIII. EXOD. VIII *com.* XXIII &c. ps. XI *com.* VI. ps. XVIII *com.* VII ad XI. II MACCAB. X *com.* XXX &c. IER. XIII *com.* XXII. ZACH. X *com.* I. IOB. XXXVII *com.* IIII. neque minus IAC. V *com.* XVI &c. EXOD. XVII *com.* XI, APOC. XI *com.* V. VI.
- (z) Potiora exempla huc referri solita, sunt et victoria THEODOSII, qua EVGENIVM et ARBOGASTEM debellauit, commemorata a RUFFINO *hif. eccl. lib. II. cap. XXIII*, THEODORITO *b. e. lib. V cap. XXIII*. SOCRATE *b. e. lib. V cap. XXV*. OROSIO *hif. lib. VII cap. XXXV*. AVGVSTINO *in ciuit. Dei lib. V cap. XXVI*, et pluuia PORPHVRII precibus GAZAE impetrata, quam enarrat MARCVS GAZENSIS apud BARONIUM *tom. V ad ann. CCCLXXXVIII*, et clades Persarum precibus IACOBI NISIBENI procurata, quam retulit THEODORITVS *b. e. lib. II. cap. XXX*.
- (a) Huc redeunt ratiocinia HERM. WITSH *diar. de leg. ful. §. LII-LV* et CHRISTI. KORTHOLTIS *de perséc. eccl. pr. c. V. §. CL*.

VIRO ADMODVM REVERENDO ET HONORATISSIMO

IACOBO NESTIO

ARTIVM MAGISTRO ET PASTORI SCHWANTOVIENSI

SAL. PLVR. DIG.

SIG. IAC. BAUMGARTEN.

Ad binas litteras, quas a TE VIR. PLVRIM. REVER. habui pospremas, publice respondere malui quam priuatim, vt et diuturnius silentium tarditatemque sic redimerem, et re ipsa significarem non studiosius me consuli a TE sollicitarique de filio curae meae credito, quam elaborem, vt quoad fieri potest maxime ipsi a me consulatur, meique saltem testimonii commendatione de patronorum voluntate prospiciatur. Exigit a me hoc quidquid est officii tam amicitia vestra, ex quo nobis innotuimus, diligenter culta, quam filii eximia indoles et virtus, qua mirifice delector. Licet enim neque terrae filios, qui in disciplinam meam concedunt, negligam, peculiarem tamen sollicitudinem illis debere probe sentio, qui a parentibus virisque de publica vtilitate bene meritis vel coram vel per litteras mihi commendantur et in manus traduntur, vt expectationi et fiduciae illorum satisfiat. Sedulo igitur prouidendum esse putavi ne fidei datae TIBI, quum filios huc adduceres ipse et prouidi patris partes studiosissime expleres, mihi que alterum sacris studiis addictum committeres formandum, immemor vnquam viderer, TVIS-que desiderijs per litteras subinde iteratis deessem. Quod eo indignius futurum fuisset, quo maiorem de se spem fecerunt ambo filii, ingenui iuuenes, erectioris ingenij doctrinarumque salutarium cupidissimi, qui modestia moribusque verecundis boni cuiusvis amorem sibi facile conciliant. Is imprimis, quem ob litterarum societatem meum reputo, laudabili virium contentione, obsequio, bonae mentis studio, assidua industria, et praecoci profectuum accessione ita me sibi deuinxit, vt a me discedendum mihi esset, si illum non deamarem, fouerem, omnique ratione ornarem. Sesquiannum, quem hic transegit ita collocavit vt stadii cursusque litterarii plus confecerit, quam multi alij tempore duplo maiori ne destinant quidem. Omnes philosophiae partes studiose obiit, mathefin vtrunque puram et applicatam tractauit, codicis diuini vtriusque explicationi regulisque hebraicae linguae demonstrandis operam dedit, insan-

ctiori

Etiori autem doctrina et dogmata sacra et controuersiarum ambitum et interpretandi scientiam et epistolarum ad Hebraeos ac utriusque ad Corinthios psalmorumque interpretationem et historiam seclorum religiosarum audiuit, factosque progressus frequentibus disputatoriis exercitiis mihi probauit. Quam ob rem, quum e re ipsius fore intelligerem, ut publica disputatione in celebritatem academicam prodiret, viriumque specimen ederet, neque hac in re ipsum desituendum esse duxi. Elaborauerat quidem ipse, ut dexteritatem periclitaretur TE auctore meditationes DE SOLIDA PIETATE dignas omnino, quae in lucem prodeant aliquando, maluit tamen postea, quum comperisset parari a me aliquot disputationes, vnam illarum defendere, ad summum compendium faciendum suamque elaborationem limatius retrahendam. Primas igitur ipsi detuli, dissertationumque antidoolsonianarum auspiciis propugnanda tradidi, neque dubito fore, ut et eundem se praeslet in conflictu solenni qualem in velitationibus priuatis ipsum cognoui, et TIBI gnarisque rerum arbitris consilium studiumque suum approbet. Argumentum, quod disputabit, temporum, quae viuimus, necessitati accommodandum esse iudicauit. Nemo enim rerum quae iam gerantur ita ignarus erit, quin facile animaduertet quam opus sit seuerioris criticos historiaeque christianae antiquioris studio nostris temporibus, quibus ciuitas sanctior ab insensissimis hostibus, qui licet ipsi toto caelo a se distideant in purioris tamen doctrinae interitum egregie conspirant, his etiam armis impugnatur ex utroque latere, et quibus tum illegitimo quorundam zelo et superstitioni periculosissima, tum aliorum profanae incredulitati reiue christianae omnis subuersioni, tum denique agniti mixto hominum superstitionum et ad stuporem credulorum aequae ac difficillimorum et contra solem pugnantium obuiam procedendum est. Destinaui itaque has exercitationes faciendae nostrorum industriae, non solum in peruestigandis insidiis hostium, qui doctrinam christianam eiurauerunt, verum etiam in historia vetustiore sacrae contentim habere videamur, aut in ea aliorum partium hominibus concedamus. Quod reliquum est VIR. ADMOD. REVER. filios in spem priuatae et publicae adolescentis ex animo TIBI gratulor DEVMque O. M. deprecor, ut TVIS ipsorumque rebus beneuole prouideat, multamque ex illorum felicitate a TE voluptatem capi iubeat. Ita vale mihi cupere perge. Dedi Halae ad Salam in acad. Frideric. prid. Cal. Octobr. CIO ID CCXXX.

00 A 6398

ULB Halle

002 916 606

3



Sb.







9

EXAMEN
MIRACVLI LEGIONIS FVLMI-
NATRICIS

CONTRA
THOMAM WOOLSTONVM.

DISSERTATIO I.

QVAM
PRAESIDE
SIGISM. IACOBO BAUMGARTEN
THEOL. D. ET PROFESS. ORDIN.

D. OCTOBR. MDCCXXXX.

H. L. Q. C.

DEFENDET

MICHAEL NESTIVS

RVGIANVS.

HALAE MAGDEBVRGICAE
SVMTIBVS IO. ANDR. BAVERI, MDCCXXXX.

